

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. X.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Linea Hachberga, Susenbergica.

Lit. Bi. Wilhelmi posterij.

Quodolphus VIII. march. Hachb. Landgr. Bring.
et Dux in Badenweiler: 1487. Uxor Margaretha
Com. de Vienne, qua comitatum Nuburg
in dotem attulit. Vid. Lit. Bl.

Ursula nupta 3^o Jacobo Fruchseps seu Dapi-
Jero Waldpurgij. 2^o Ulrico Com. Montfortij.
Hugo celebs.

Lit. Bl. Quodolphi VIII. posterij.

Philippus march. Hachb. et Marsilia Guber-
nator pro lege Gallia. 7: 1509. Uxor Maria
felia Amadei VIII. Ducis Sabaudia. Lit. An.

Cap. X.

De Guntramo familiarum Habsburgo-Austriaca,
Zeringensis, Bradensis, et Hachbergensis comuni
parente Auctore.

Gabriel Buzelinus in Germania genealogica notitia p. 51.
præfixo hoc titulo: Zeringensium atq; Bradensium ex Hab-
sburgi Comitibus probatissima deductio, sic orditur.

Guntramus cogn. dives, Habsburgi atq; Altenburgi Comes,
Hundfridi filius, Leutfridi nepos &c. obiit sub an. 945.

Guillimannus an. 918. excedenti e vivis Patri Hund-
frido successit in Principatu Guntramus an. 919. Ru-
dolphus Burgundie Rex Alemanniam invadens per Gun-
trami Comitatum duxit exercitum, Vitodurum obsidet,
teste Hermannno contracto.

An. 924. magnis copiis in Alsatiam venit Cæsar, Lotha-
ringiam Imperio Germanico restituit, et quicquid inter

Mosam et Rhenum interjacet. Cæsare interim Gallos
de finibus contendentes, Hungari iterum Alemanniam,
Alfatiam, utramque Rheni ripam graviter afflixerunt. Cum
his Cæsar inducias annorum IX pactus: an. 905. finitis in-
ducibus Hungari subito ingenti multitudine Germaniam
invadunt. Henricus Cæsar, quamvis æger, et lectica de-
cumbens, obviam incespit, fuditque eos et fugavit IV. millibus
ad Mersburgum Saxonie interfectis. Illi bello et victoria
Guntramum interfuisse cum ducentis gravis armatura
equitibus scriptor Equestrum decursionum Chronographus
Alfatia aliisque tradidere. Anno scilicet 906. in ludis equestribus
ab Henrico Cæsare tunc primum Meidenburgi institutis,
idem inter potentissimos Comites connumeratur Guntramus.
Recessit enim Principibus pergit Author, quos ludos illos
descripsit his verbis: *Harz Jünge Eustan Lützen un-
tungen zwölff mächtig Goufen in Dief, Dintouf 2.
graf in Holland, Etico graf zu Flanien, Gunthram
graf zu Lubstun, Uthilfulm graf zu Montfort, Eourad
graf zu Eirho &c. alle mit 128. Galman, un guten
Rittmann und fältn.*

Vides hic iterum, Lector, solum Habsburgi comitis titu-
lum ei tribui. De Landgraviatu Alfatie et Brisgavia, Er-
govia Comitatu, ceterisque, nullam fieri mentionem.
Quod in filio ejus bezone similiter observabis, uti jam
ante in avo Luitfrido. Etiamvis autem titulo abstinue-
rint, terras nihilominus illas possederunt, quod ex se-
quentibus clarum fit.

Annales Eremitæ Deiparae sive Monachii Einsidlenfis,

114. quod olim Cella Meinradi dicebatur, ad an. 959. hoc habent: Guntrami Comitis bona, quod Luitolfo adversus patrem Ottonem bellum gerenti adhasisset, confiscantur et Meginradi Cella donantur, aliqua putem, non omnia, nominantur quaedam in iisdem Annalibus ad an. 959. bona, inquirunt, qua liberalitate Ottonis in Normavia et Brisiacis Heremita possidebant, nempe Curtim, Gregol cum locis Endinga, Wenelunga, Chesfinga, Densfelinga, Durekheim, Baldinga, Rotvilla, Brezenkusa, Berga, Dochesberg, Zarda, Liela, Tutesvelda, Nibelunga, Strirringheim, in Ducatu Alemannia in pago Briscovia sitis, permutata sunt cum Comite Eberhardo pro locis vicinioribus Britta, Winterberga, Stratenkove &c.

Quis sit iste Comes Eberhardus, quocum permutatio facta, indagare non vacat. Illa certe, qua istuc nominantur Brisiacae oppida, et pagi ad Guntrami nepotes postmodum rediere, quorum pars hodie ab Austriacis, pars a Badensibus sive Hochbergiis possidetur.

Si verum est, quod Guillimanus asperit, anno 948. VII. Cal. Apr. vita decessisse Guntrammum, dicendum erit, Ottonem Imp. sibi retinuisse tantisper per bona ejus confiscata, et tertio decimo post anno Heremitis donasse. Duas illi plerique tribuunt uxores, quarum prior Comitissa Brigantina fuerit, generis Montfortij, altera Adalberonis Comitis a Calvo filia, nomine Ita, Soror, ni fallor, Conradi illius, quem supra in ludis equestribus inter potentiores Imperij Comites connumeratum vidimus.